I.

Frammento del rendiconto del massaro del Comune di Torino dato ai "racionatores" il 27 novembre 1342.

* * * * * * * * * *
* * * MCCCL quo incepit colligere parvam gabellam dicti comunis usque ad diem X mensis decembris anni currentis MCCXLJ.
lb. VIJ.

Item eodem modo consignavit idem Johaninus se recepisse de dicta gabella salis antiqua a die X decembris anni currentis MCCCXLJ usque ad diem presentem XXVIJ novembris MCCCXLIJ.
lb. VIIJ. s. ***

Item consignavit ipse Johaninus de gabella nova salis aportate in Taurino a die sexta maij anni presentis currentis MCCCXLJ usque ad presentem diem XXVIJ novembris.
lb. XXVIIJ. s. XIJ. ***

Summa recepti ut supra de dictis gabellis salis tam antique quam nove est.
lb. XLV. s. VIJ. d. XJ.

Item consignavit idem Johaninus Aynardus collector una cum Petro Barraco supra gabellis novis impositis supra grano bestiis caseo et rebus aliis se recepisse a die XJ octubris proxime preterita quo primo fuerunt imposite ipse gabelle usque ad presentem diem XXVIJ novembris.
lb. XXVIIIJ. s. XV. d. j.

Et sic est summa summarum de omnibus supradictis gabellis tam salis quam rerum aliarum ut supra.
lb. LXXV. s. IIJ. vien.

Item * * * * * * * *
et eius * * * * * * pro gabella quorumdam denariorum quos dederat de suis massario antequam eos.
Item taxatum est eidem Johanino per dictos rationatores pro suo salario colligendi dictas gabellas salis antiquam et novam usque presentem diem XXVIJ novembris.
lb. IIIJ. s. X.

Item eodem modo est taxatum ipsi Johanino et Petro Barraco collectoribus gabelle grani casei bestiarum et aliarum rerum pro eorum salario usque ad presentem diem. XXVIJ. novembris quod salarium est decima pars eius quod recolligunt de ipsa gabella.
lb. IIJ.

Et sic repertum est quod ipse Johaninus libravit et expendit de summa dictarum gabellarum omnium per eum recepta inclusis salariis supradictis.
lb. XLVJ. s. V.

Et quod ipse Johaninus habet refficere comuni de dictis gabellis per eum ut supra receptis libras XXVIIJ. s. XVIIJ. et d. J. vien, ut superius in debitoribus est notatum (1).

Hec sunt debita que comune Taurini habere debet de taleis tam novis quam antiquis non solutis.

Primo habere debet de talea inposita supra extimo novo de mense julii anni presentis MCCCXLIIJ ad rationem sex denariorum pro libra pro solutione facta stipendiariis.
lb. CLJ. s. XJ. d. ***

Item de talea inposita supra dicto extimo novo de mense aprilis anni predicti MCCCXLIIJ: pro dictis stipendiariis ad racionem trium denariorum pro libra: habere debet dictum comune pro resta.
lb. XXIJ. s. XJ. d. VIIJ.

Item de talea imposta de mense julii. MCCCXLIJ. supra extimo novo ad racionem denariorum VIIJ. pro libra: habere debet dictum pro resta.
lb. XLIIJ. s. XVIIJ. d. VIJ.

Summa de restis dictarum trium talearum factarum supra extimo novo est lb. CCXVIIJ. s. j. d. VIJ.

(1) In margine: Solvit dictus Johaninus massario ut infra.